Gnarū pro noto.

Iter. Via tranſitus alicuius pecoris. Pecus audax primū iter faciens. Iguotis. Pecoribus ignaris: qui finibus ignotis legunt latinitati magis conſulūt: quāuis Tacitus gnarā pro nota capiat: ut ignarum pro ignoto. Maro. Ignarū laurēs habet ora mimanta: pro ignoto. Loquimur tamen de uſu nō abuſu: ut ſit animal iter capeſſit per fluuiū finibus ignotis poſitū: in loco uidelicet deuio. ubi nō eſt ſolitum tranſire pecus. Ideoq̧ magis formidat ad uada nota ut pecudes formidoloſę ſolēt. Probo ut legat ignotis finibus.

Pandit iter. mox omne pecus formidine pulſa
Pone ſubit: iamq̧ et mediis præcedit ab undis.
At procul e ſiluis ſeſe gregibuſq̧ ferebat
Sæuus in antra gigas, quem nec ſua turba tuendo
It tanti ſecura metus. mortalia nuſquam
Signa manent. inſtar ſcopuli: qui montibus altis
Summus abit, longeq̧ iugo ſtat ſolus ab omni.
Deuolat inde furens. nec qua uia: cur ue profecti:
Nec genus ante rogat: ſed tali protonat ira.
Incipite O iuuenes. et enim fiducia credo
Huc tulit: auditas et ſponte laceſſitis oras.
Sin errore uiæ: nec dum mens gnara locorum:
Hic mihi lex cæſtus aduerſaq̧ tollere contra
Brachia. ſic ingens Aſiæ plaga: quiq̧ per arcton
Dexter: et in læuum pontus iacet hæc mea uiſat
Hoſpitia. hoc cuncti remeant certamine reges.
Neptuni domus: atq̧ egomet neptunia proles.
Iampridem cæſtu reſides: et frigida raris
Dentibus aret humus. qui mecum fœdera iunget
Prima manu? cui dona fero? mox omnibus idem

Fabritius Varranus Epiſcopus Camers uir gręce latineq̧ doctiſſimus legebat hoc pacto. Qualiter ignotis ſpumantē finibus amnem Pan intrat. Huiuſq̧ lectionis principem et auctorē citabat Aſclepium neſcioquem. Qui ſenſus eſt apertior nec minus cultus. Sed priſca: quę quidem ego legerim: exemplaria: repugnant. Pan deus pecoris pecus referens: capripes et hyrſutus cum pecora ſua timere uidet trāſitū: pręcedit: et mox totus grex uel armentū ſequitur: quale portentum Iul. Cęſarem ad trāſitū Rubiconis pręceſſit. Spumātē amnē. torrentem concitatū auctu et aquarum iucremēto: de quo ab Ouidio dictum. Spumeus et feruens et ab obice ſęuior ibat. Omne pecus. caterua reliqui gregis ſequitur ſecura Pane deo pręcedente: uel audaciore pecude. Pone ſubit. Poſt intrat et ſequitur. Maro. ii. ęn. Pone ſubit coiux. Pręcedit. Antecedit pecus: quod prius uix ſuccedebat. uel procedit legēdū. i. proſequitur antecedentem pana. Ferebat ſeſe. Veniebat a ſiluis. Sua turba. Bebrices. Tuendo. Dum tuentur illum et aſpiciunt tam immanem: tam efferum. Tanti metus. Scribendum ex codicibus uetuſtiſſimis. Taciti. i. tacite concepti. Quanuis tacite uenerentur: formidabant. Nuſquā. In nulla parte corporis. Manent. Inſunt. Signa mortalia. Aliqua humana ueſtigia. Inſtar. Amycus pręſefert repręſentatq̧ ſcopulum editum. Secura. Sine cura: imperterrita. Summus. Altus: excelſus. Abit. Refugit in cœlum. Stat. Extat: eminet. Ante: Quę ſolent eſſe principia loquendi: aduenas ſalutare et cum pręfatione alloqui. Ante. In principio. Genus. Quod genus: unde domo. Protonat. Profatur magno uerborū ſtrepitu ac tumultu. Fiducia. Fidis uiribus ac lacertis ueſtris: quos uultis nobiſcū experiri. Huc tulit. Vos ad has oras uenire compulit. Auditas. Bebryciā auditam fama. Laceſſitis. Tentatis adire ſponte non coacti: et quodam modo prouocatis. Errore uię. Huc appuliſtis. Nec dum. Eſt parelcon. Et ſi ignorando loca mens huc impulit. Sic. In hoc loco auget lex cęſtus a me impoſita. Aduerſa. Et eſt lex cęſtus erigere aduerſus uos brachia. Hic. Obſeruando hanc legē mecum pugnant aſiatici: pugnant et ſeptētrionales. Ingens dixit quoniā latiſſima eſt Aſia ſi Europę Libyęq̧ comparetur. Pontus. Et totus ille pontus: totum illud mare: quod dextroſum iacet per ſeptentrionē: et in ſiniſtrum per meridiem: omneſq̧ mortales horum locorum accolę ſi ad nos accedūt: ita tamen accedūt ut nobiſcum pugnare cogātur. Viſit. Inuiſit: guſtat: ſentit cum tali tamen lege. Hoſpitia. Habet emphaſin. Tanquam hoſpes uocādus ſit ille qui cędit hoſpites. Cuncti reges. Nō parcitur quidem regibus quin coguntur certare: miſcereq̧ manus in paleſtra. Remeant. Retrocedunt cū pugnauerint. aliter non dat. Domus dicata Neptuno. Reſides. Ocioſos et pigros. Diu eſt qđ cęſtibus non conflixi. Aret. Sicceſcit non madefacta ſanguine e dentibus alicuius profluente. Imitatur Amycus illam Plautinam in milite iactantiā. Nam ego hanc macheram mihi conſolari uolo ne lamētetur: ne ue animum deſpondeat: quia ſe iampridem feriatā geſtitem; quę miſera geſtiat fractum facere ex hoſtibus. Qui. Quis nam erit ille: qui primus mecum deſcendet in certamen. Fœdera. pacta belli. Nam in duellum deſcendentes certis conditionibus deſcendere ſolent. Dona. Cęſtus: quibus mecum digladietur. Omnibus. Per omnes minyas.

Pone.